ARCHIVES

d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Age

Tome XLVIII

Z 18
-56-

ARCHIVES

D'HISTOIRE DOCTRINALE ET LITTÉRAIRE
DU
MOYEN AGE

CINQUANTE SIXIÈME ANNÉE
1981

Ouvrage publié avec le concours
du Centre National de la Recherche Scientifique

Z 2355/82

PARIS
LIBRAIRIE PHILOSOPHIQUE J. VRIN
6, Place de la Sorbonne, Ve
1982

siue unitas ratione simplicitatis, ratione inmutabilitatis, ratione exclusionis, ratione similitudinis. Ergo sola monas est i.e. solus deus uere existit quia[82] simpliciter i.e. inmutabiliter est. Cetera[83] uero non sunt uere quia nunquam in eodem statu persistunt. Sequitur[84].

3 Quelibet[85] res est una. Nichil enim aliqua specie unitatis est[86] unum, quod unum non sit a summa monade. Est enim unitas singularitatis secundum quam quidlibet[87] dicitur unum numero. Vnde Boetius : Quicquid est, ideo est quia unum numero est[88]. Quicquid autem[89] hac unitate est unum, a deo habet quod sit unum.

4 Est[90] unitas unionis i.e. conformitatis secundum quam plures homines participatione[91] speciei dicuntur esse unum, non ab unitate sed ab unione[92]. Et hoc etiam a deo est. Vnde testatur Augustinus[93] super illud Iohannis : *Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil* : Omnis[94] concordia a deo est.

5 Vnitas etiam distinctionis siue discretionis ab eodem trahit originem. Quod enim[95] aliquid est distinctum siue discretum ab alio, a deo est.

6 Vnitas etiam integritatis que in partium conpositione consistit secundum quam homo dicitur[96] ex corpore et anima unus i.e. ex his integratus. Vnde Augustinus[97] idem dicit : Omnis compago a deo est.

(82) quia : id est DLMVY. id est : et LMVY. est : existit B. ens DMVYZ. (83) cetera ... persistunt *om* D. uero : autem LMVYZ. uel *om* E. (84) sequitur : quod *add* L. finis prime regule *add* M.

(85) quelibet : qua quelibet DMTZ. quia quelibet E. — *Als Regel geschrieben* in BPT. Der Satz ist die Fortsetzung der ersten Regel.

(86) est unum quod *om* D. (87) quidlibet : quelibet res EP.

(88) est *om*. P. — GUNDISSALINUS, *Liber de unitate* ; ed. CORRENS, *Beiträge* 1 (1891), 3. ALANUS, *Distinctiones* ; PL 210, 987B. THIERRY VON CHARTRES, *De sex dierum operibus* ; ed. HÄRING, 569. Ders., *Comm. de Trin.* II, 37 ; ed. HÄRING, 180. BAUMGARTNER, *Die Philosophie*, 134. SIMON VON TOURNAI, *Disput.* 100, 2 ; ed. J. WARICHEZ, *Spicil. s. Lov.* 12 (1932), 289. *Tractatus* ' *Inuisibilia dei* ' 59 ; ed. N. HÄRING, RTAM 40 (1973), 128.

(89) autem : enim L. *om* D. in *add* M. a deo : ab illo DLMVYZ. quod : ut DLMVYZ.

(90) est *om* T. et *add* YZ. id est conformitatis *om* DLMVYZ.

(91) participatione speciei *om* DLMVYZ. — PORPHYRIUS, *Isagoge* ; ed. L. MINIO-PALUELLO, *Aristoteles latinus* 1, 6 (Brügge 1966) 12. BOETHIUS, *In Porph.* I ; CSEL 48, 162. SIMON VON TOURNAI, *Expos. symb. Athan.* III, 20 ; ed. N. HÄRING, AHDLMA 43 (1976), 108.

(92) unione : unitione P. non : nec M. etiam *om* D. est *om* D. unde : ut enim VYZ. ut D. unde etiam T.

(93) Augustinus : auctoritas LMVYZ. illud Iohannis : Iohannem MVYZ. et sine ... nichil : etc. DLMVYZ. — AUGUSTINUS, *In Ioh, Tr. I*, 13 ; PL 35, 1385.

(94) Als Regel geschrieben in BEP. — ALANUS, *Summa* ; ed. cit., 131. (95) enim : autem T. aliquid *om* M. siue : uel DMVYZ. ab alio *om* DLMVYZ.

(96) dicitur : esse unus id est *add* DLMVYZ. esse *add* T. unus i.e. ex *om* DMVYZ. his : ex anima et corpore LMV. integratus : a deo est *add* M.

(97) Augustinus : auctoritas DLMVYZ. idem dicit *om* DLMYZ. idem ... compago *om* V. — AUGUSTINUS, *In Ioh. Tr.* I, 13 ; PL 35, 1386.

7 Vnitas etiam adunationis secundum quam[98] homines conuenientes sub eodem iure uiuendi, sub eodem iugo legis dicuntur unus populus. Et hoc a deo est. Vnitas etiam consensionis secundum quam dicitur : *Erat eis unum cor et anima una*[99] (Act 4, 32).

(III)

MONAS[1] GIGNIT MONADEM ET IN SE SVVM REFLECTIT ARDOREM

1 Hec regula nascitur ex premissa. Dictum est enim quod ideo dicitur[2] deus monas quia gignit de se deum, de se etiam producit spiritum sanctum sicut unitas de se gignit unitatem. Monas igitur gignit monadem i.e. pater filium. Necessarium et hoc[3] fuit ut, si monas gigneret, monadem gigneret. A simplici enim nichil[4] gigni potest per decisionem sicut fit in naturali generatione. Oportuit ergo ut aut nichil gigneretur a simplici aut simplex a simplici.

2 Vnde Augustinus[5] dicit quod pater totam substantiam transfudit in filium quia non est eiusdem substantie per decisionem[6] sed per nature plenitudinem.

3 Et[7] quia a patre et filio procedit spiritus sanctus, bene sequitur : Et in se suum reflectit ardorem. Spiritus sanctus dicitur ardor, amor, osculum, connexio patris et filii quia pater specialiter conuenit cum filio inspirando spiritum sanctum et quia in donis spiritus sancti, que dantur a patre et filio, signatur[8] eorum ad nos dilectio. Quia ergo productio spiritus sancti a patre et filio est certum signum[9] dilectionis patris et

(98) quam : plures *add* DLMVYZ. conuenientes : conueniunt DLMVYZ. uiuendi : et *add* DLMYZ. eodem : eiusdem DLYZ. et hoc *om* LMYZ.

(99) una : a deo est *add* LMVYZ. — ALANUS, *Distinct.*, PL 210, 987C.

(1) ALANUS, *Contra hereticos* I, 4; PL 210, 405D : Vnde et philosophus ait : Monas ... ardorem. BAUMGARTNER, *Die Philosophie*, 116. *Liber xxiv philosophorum* ; ed. Cl. BAEUMKER, 208. Vgl. *Contra Felicem* 11 ; PL 42, 1165.

(2) dicitur : deus *add* LT. quia : quod VZ. deum : filium *add* D. quia *add* T. sicut : si enim L. (3) et hoc : enim DLMVYZ. et enim T.

(4) nichil : nil DVYZ. non T. gigni potest : gignitur L. gigni potuit T. decisionem : discretionem EP. fit *om* B. fuit L. aut simplex a simplici *om* P.

(5) Augustinus : vgl. ALANUS, *Distinctiones* ; PL 210, 978B : Auctoritas dicit quod pater transmisit totam substantiam in filium.

(6) ALANUS, *Distinctiones* ; PL 210, 978B. Ders., *Expos. s. or. dominicam* 19 und 61 ; ed. HÄRING *Anal. Cist.* 31 (1975), 163 und 173. (7) et *om* VYZ. bene *om* DLMVYZ. osculum : et *add* DLMTV.

(8) signatur : significatur LMVYZ. productio : vgl. BOETHIUS, *De Trin.* 5, 44 ; ed. STEWART-RAND, 28. GILBERT, *Tract. de Trinitate* 24 ; ed. HÄRING, RTAM 39 (1972), 40. GILBERT, *De Trin.* I, 5, 49 ; ed. HÄRING, 149.

(9) signum : significatum M. unitas : unitatis DTVY.

filii i.e. unitas amborum - nisi enim in una natura[10] conuenirent, una spiratione non spirarent - ardor uel amor patris et filii dicitur.

4 Iste ergo ardor ita procedit a monade i.e. a patre quod ipsum non deserit quia eiusdem est essencie[11] cum ipso et in se alterum i.e. filium suum reflectit ardorem i.e. spiritum sanctum quia ita procedit a patre quod eius auctoritate procedit a filio.

(IV)

IN PATRE VNITAS, IN FILIO EQVALITAS, IN SPIRITU SANCTO VNITATIS EQVALITATISQVE CONNEXIO[12]

1 Hec regula[13] procedit ex tercia et est quasi explanatio tercie quia pater dicitur monas rationibus predictis quia scilicet ipse a nullo et quidlibet ab ipso : filius etiam ab ipso per generationem : spiritus sanctus per processionem. De se etiam gignit monadem i.e. rem eiusdem nature et simplicem.

2 In patre specialiter dicitur esse unitas, in filio equalitas. Non dico alteritas ne[14] diuersitas nature ibi intelligatur sed pocius equalitas. In equalitate enim notatur personalis pluralitas et nature unitas. Nichil[15] sibi equale, nichil alii est equale quod ei sit natura dissimile.

3 Triplici autem de causa specialiter attribuitur equalitas filio, cum tamen conueniat et[16] spiritui sancto, quia primo occurrit equalitas in filio. Quod etiam spiritus sanctus est equalis patri, hoc habet ex illo. Equalitas etiam[17] uel similitudo specialiter attenditur in re que ab alio procedit per generationem. Quare uero[18] in spiritu sancto dicatur esse unitatis equalitatisque connexio, liquet ex ante dicto.

(10) natura : persona D. non *del* B. spirarent : spiritum sanctum. qui *add* YZ. ardor : et ideo ardor T. dicitur : non diceretur B.

(11) essencie : substantie D. ipso : patre V. et in : uel in BDELMVYZ. ardorem : amorem B. quia ita : sed quia M. quod : quia V. auctoritate : auctoritas VY. a filio *om* D.

(12) AUGUSTINUS, *De doctr. christ.* I, 5, 5 ; PL 34, 21. THIERRY VON CHARTRES, *De Trin.* II, 39 ; ed. HÄRING, 77-78. Vgl. *ibid.* S. 224 ; 297 ; 306 ; 498. BAUMGARTNER, *Die Philosophie*, 112.

(13) regula *om* DEMYZ. procedit ex : descendit a DLMTVYZ. nullo et : nullo DLMVY. quidlibet : quilibet BLT. etiam *om* DV. se etiam : se enim D. etiam T.

(14) ne : ut V. uel E. notatur : et *add* DLMTV. (15) nichil : nil DYZ. enim *add* BDTVYZ. equale : est *add* BDLMVYZ. est *om* DVYZ. natura *om* V. dissimile : dissimiliter V.

(16) et *om* DLMVY. primo : post patrem D. illo : filio T. uel illo *add* D. (17) etiam : autem L. uel *om* VYZ. specialiter : spiritualiter V. ab *om* T. alio : alia DLMTYZ. illo E.

(18) uero : ergo V. dicatur : dicitur D. conexio : concordantia et conexio T.

(V)

SOLA MONAS EST ALPHA ET OMEGA SINE ALPHA ET OMEGA[19]

1 Et[20] hec maxima nascitur ex prima qua dictum est deum esse monadem ratione simplicitatis et omnem rem esse ab illa monade in eo quod una numero est. Et sic[21] sola monas est alpha et omega omnium rerum, i.e. principium et finis. *Omnia* enim[22] *per ipsum facta sunt*, ut clamat auctoritas, et ita omnium est principium.

2 Omnia[23] etiam tendunt ad unum tanquam ad supremum finem. Irrationalis[24] enim creatura de qua minus uidetur, ut bruta animalia, immo insensata ut herbe et arbores et inanimata ut lapides, naturaliter ad unum tendunt et quantum possunt sectioni et diuisioni resistunt, ut etiam lapis, de quo minus uidetur, secundum naturalem partium concretionem[25] diuisioni resistit.

3 Sequitur : sine alpha et omega quia eadem monas caret principio et fine quia, cum omnifariam[26] simplex sit, ab ea relegatur omnis conpositio. Dicitur autem aliquid conpositum quatuor modis : aut conpage partium ut corporalia, aut ratione proprietatum ut spiritualia quia spiritualibus multiplex proprietas est concreta, aut aptitudine conponendi ut[27] quelibet proprietas que quamuis non sit ex partibus conpacta, tamen ad hoc ut conponatur subiecto est apta, aut aptitudine conpositi ut primordialis materia que secundum philosophos dicebatur conposita quia ad hoc ut ex ea aliquid conponeretur erat apta.

4 Omnis autem[28] conpositio relegatur a deo. Non enim conpositus est ex partibus ut corpus nec conpositus ratione proprietatum ut spiritus nec

(19) Vgl. *Apoc.* 1, 8 ; 21, 6 ; 22, 13. Für omega steht meist der Buchstabe O.

(20) et *om* DLMTYZ. prima : secunda B. premissa T. ab illa *om* E. numero : non E.

(21) sic : ita L. sola *om* T. id est *om* LM. scilicet P. (22) enim : etiam T. ut clamat *om* E. est *om* P.

(23) etiam : enim EDVYZ. tanquam : id est DLMVYZ. (24) GILBERT, *De Hebd.* 88 ; ed. HÄRING, 207. uidetur : uideretur M. immo : necnon L. et inanimata : et etiam inanimata BDLMVYZ.

(25) concretionem : consequutionem P. concretionem uel consecutionem B. concretionem et assertionem D. consecrationem E. consectionem L. consertionem MTVYZ.

(26) omnifariam : omnifaria EL. ab ea : ab eo YZ. concreta : concreata M. ALANUS, *Summa* ; ed. cit., 122.

(27) ut ... conpositi *om* L. ut *om* E. subiecto : subiectio M. que *om* DLM. ut ex ea : ut ei DLTVZ. ut ea M. — BAUMGARTNER, *Die Philosophie*, 48.

(28) autem : talis *add* DLTVYZ. non : nec LVY, conpositus : conpactus DLMTVYZ. corpus : corpora B.

aptitudine conponendi[29] ut proprietas aliqua nec aptitudine conpositi ut primordialis materia. Deus enim est forma absque substantia materiali et[30] substantia absque predicato formali. Cum igitur omnifariam sit simplex, caret principio et fine. Vbi enim nulla conpositio actu uel natura, ubi nulla origo uel principium esse potuit, finem intelligere non conuenit.

(VI)

OMNE LIMITATVM[31] ALPHA ET OMEGA AVT EST BONVM AB ALPHA AVT EST BONVM AB ALPHA ET OMEGA

1 Hec regula descendit ab illa qua dictum est : Sola monas est alpha et omega etc., quia si omnia a deo tanquam a principio sunt, ergo ab alpha i.e. ab ipso principio habitu boni principii bona sunt. Sed nota quod hoc[32] quod dicitur omne limitatum alpha et omega intelligitur omne creatum quod clauditur duobus terminis i.e. principio et fine actu uel natura.

2 Omne enim[33] genitum naturaliter tendit ad interitum. Vnde et angelica natura naturaliter dissolubilis est. De qua[34] ait Plato : Dii deorum quorum pater opifexque ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic uolente, indissolubiles.

3 Vnde Augustinus[35] *super Genesim* ait omnem creaturam habere mane et vespere i.e. finem et principium, saltem natura. Et sic omne creatum aut est bonum ab alpha i.e. naturaliter particeps est bonitatis, et hoc habet a suo creatore[36], aut ex alpha et omega : ut rationalis creatura que ad beatitudinem, que finis est omnium rerum, tendit.

4 Ex[37] fine igitur sola rationalis creatura bona est, que non solum

(29) conponendo ... aptitudine *om* D.

(30) et : et est LMVY. igitur : enim L. ubi enim : ubi ergo T. actu uel : actualis E. ubi nulla : sed ubi nulla PZ. ibi nulla LTVY. id est nulla E.

(31) alpha : ab alpha DTV. regula *om* DMYZ. et cetera *om* DLTVYZ. habitus boni princiipi *om* EP. habito bono principio L. (32) quod hoc *om* V. per hoc DLMTYZ. quod *om* PYZ. omne creatum : esse creatum PVYZ.

(33) enim *om* DE. — ALANUS, *Contra hereticos* I, 3 ; PL 210, 311B. Ders., *Summa* ; ed. cit., 132. *Liber xxiv philosophorum* ; ed. Cl. BAEUMKER, 207.

(34) de qua : unde LT. — PLATON, *Timaeus* 41A ; ed. J. H. WASZINK. *Corpus Plat. med. aevi* 4, London, 1962, 35. ALANUS, *Summa* ; ed. cit., 198 und 308. Ders, *Distinctiones* ; PL 210, 871C. SIMON VON TOURNAI *Disput.* 10, 3 ; ed. WARICHEZ, 42. Ders., *Expos. symboli Athan.* 6, 11 ; ed. HÄRING, 176. WILHELM VON CONCHES, *Glosa super Platonem* (41A) ; ed. E. JEAUNEAU, *Textes philos. du moyen âge* 13, Paris, 1965, 205.

(35) AUGUSTINUS, *De Gen. liber imperfectus* 12, 36 ; PL 34, 235. (36) creatore *om* Z. auctore DLMTVYZ. aut *om* VYZ. aut est bonum LT.

(37) ex ... rationalis *om* E. ex ... tendit *om* V. recolit : recolligit B. nisu : usu DEPTVY. affectu L. — GILBERT, *De Hebd.* 89 ; ed. HÄRING, 207 : rationalis uero

naturaliter ad deum tendit uerum etiam suum principium uite moribus colit et mentis intelligentia recolit et toto caritatis nisu, ut sibi detur in premium, petit.

(VII)

DEVS EST SPERA INTELLIGIBILIS CVIVS CENTRVM VBIQUE CIRCVMFERENTIA NVSQVAM

1 Hanc probat illa regula qua dictum est : solam monadem esse alpha et omega sine[38] alpha et omega. Ex eo enim quod principio caret et fine, deus spera dicitur. Proprium enim sperice[39] forme est principio et fine carere. Sed non est spera corporalis, immo intelligibilis. Cum enim deum speram esse dicimus, non oportet nos deduci ad ymagines[40], ut imaginemur eum esse speram ad similitudinem corporum sed, intelligentia duce, ea ratione intelligamus eum dictum esse speram quia eternus est.

2 Vnde apud Martianum[41] eternitas habere diadema dicitur quia principio et fine carere significatur. Vnde carentia[42] principii et finis diadema quasi duo demens i.e. principium et finem appellatur.

3 Sequitur : Cuius centrum ubique, circumferentia nusquam. O magna inter speram corporalem et intelligibilem differentia. In spera corporali centrum propter sui paruitatem uix alicubi esse perpenditur. Circumferentia uero in pluribus locis esse conprehenditur. Intelligibili[43] uero spera centrum ubique, circumferentia nusquam.

creatura non modo sicut cetera naturaliter uerum etiam officio facit cum non tantum uel unum esse cupit sed etiam suum Principium uite moribus colit et mentis intelligentia recolit et toto caritatis nisu, ut sibi detur in premium, petit.

(38) sine alpha et omega *om* DMTVYZ. M.-Th. d'ALVERNY, *Alain de Lille*, 163 und 295-306. Alanus schreibt dort die Regel dem Cicero zu. B. HAURÉAU, *Hist. de la philos. scol.* 1, Paris 1872, 205. ALEXANDER NECKAM, *De naturis rerum* ; ed. Thomas WRIGHT, *Rolls Series* 24, London 1863, 173. *Liber xxiv philosophorum* ; ed. BAEUMKER 205. *De intelligentiis* ; ed. Baeumker, 118. BONAVENTURA, *Itinerarium mentis ad deum* 5, 8 ; ed. Quaracchi 5, 310. THOMAS, *De veritate* q. 2 a. 3 obi. 11. HEINRICH SEUSE, *Deutsche Schriften* ; ed. K. BIHLMAYER, Stuttgart, 1907, 178. BAUMGARTNER, *Die Philosophie*, 118 und 122.

(39) sperice forme *om* D. immo : ideo L. (40) ymagines : ymaginationes ELMTVYZ. — BOETHIUS, *De Trin.* 2, 18 ; S. 8. corporum : corporis V. cum : ipsum LMTVYZ.

(41) MARTIANUS CAPELLA, *De nuptiis* I, 6 ; ed. DICK, 7. ALANUS, *De sphaera intelligibili* ; ed. d'ALVERNY, *Alain*, 297. Ders., *Distinctiones* ; PL 210, 766D-767C. Ders., *Sententie* 9 ; PL 210, 233C. CLAREMBALD VON ARRAS, *Tract. super lib. Gen.* 46 ; ed. N. HÄRING, *Life and Works of Clarembald of Arras. Studies and Texts* 10, Toronto, 1965, 242.

(42) carentia principii et finis : carens principio et fine B. appellatur *om* D.

(43) intelligibili : inintelligibili M. in spera uero intelligibili D.